



## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Venerabilis Patris Thomæ à Jesu ... Opera Omnia**

Homini Religioso Et Apostolico Tam Qvo Ad Vitæ Activæ, Qvam Contemplativæ functiones utilissima, Duobus Tomis Comprehensa. In Qvibus Singlari Pietate, Varia Ervditione Clariori Et Breviori Stylo Continentvr Et Explicantvr ...

**Tomás <de Jesus>**

**Coloniæ Agrippinæ, 1684**

Capvt VII. De necessitate Catechismi pro Neophytis, & quid ante omnia scire, & credere oporteat.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38601**

CAPVT VII.

De necessitate Catechismi pro Neophytis, & quid ante omnia scire, & credere oporteat.

380  
1. S. Basili.  
ser. 1. de  
bapt. p. 1.  
& 2.

2. S. Hier.  
in com.  
ment. in  
Matt.  
cap. 28.  
Tomo 6.  
& legitur  
pro hom.  
in Brv.  
Rom. ver.  
for. ser. 6.  
in Alb.  
Conc.  
tom. 1.  
diff. 48.  
cap. 1. ita  
& non ab-  
similiter  
Inno. III.  
ad Livo-  
nen. Episc.  
& eos qui  
cum eo  
sunt fra-  
tres. c.  
Deus de  
parit. &  
remiss. &  
Patres  
Conc. Ba-  
sil. sess. 19  
in Decr. de  
Judais &  
Neoph.  
parag. Cu-  
rent infu-  
per. Et ex  
eis Paul.  
PP. III. in  
litteris in  
forma  
Brevi de  
Judais &  
infr. ve-  
mentibus  
ad fidem  
parag.  
Curent  
in super.  
4. Consil.  
Carthag.  
3. c. 86.  
tomo 1.  
Conc. &  
apud  
Gratian.  
de consecr.  
di. 5.  
S. Ambr.  
de initi-  
andis cit.  
c. 1. tom.  
4. & in l.  
de Sa-  
cram. eod.  
tom.  
6. S. Ambr.  
de initi-

**C**UM adutorum Baptisma non modo 1. præcedere, verum etiam sequi debeat doctrina fidei, juxta illud quod Dominus post verba 2. Matt. 28. *Euntes ergo docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti, subjunxit; docentes eos servare omnia, quaecunque mandavi vobis; & is 3. qui catechizatur, etiam post 3. Conc. Baptisma magna probatione indigeat; Neophyti non simul ac baptizati fuerint, quocunque voluerint passim ire, vel cum laicis liberè conversari, aut extra domum Catechumenorum, seu Neophytorum habitare permittantur; sed saltem per quadraginta dies in eadem domo, vel ubi ejusmodi domus non existit, apud eandem apud quas catechizati fuerint, vel apud alias pias probatasque personas retineantur, ut de his quæ post Baptismum servare debent, & de reliquiis, quæ ad fidei doctrinam, atque ad spiritualem vitam sobriè, justè & piè ducendam spectant, adhuc institui & edoceri possint, ac ita institui, in primis vero Sacramentis, & verbo DE vegetis: & enutriti, tanquam novæ plantæ in Ecclesia coalescant, & in suscepta fide solidius confirmetur, & cum ad humanæ vitæ negotia dimissi fuerint, velut a bores altis defixæ radicibus, à venis & turbinibus tentationum non faciliè quatiantur aut convellantur.*

Per id vero tempus à Præfatis suis, vel Patriis, vel Matris ad stationes, & ad præcipuas Civitatis Ecclesias quoad commodè poterit, ducantur; orationi & cælestium rerum meditationi vacent, sacris Missarum solemnij, ac alijs divinis officijs reverenter interfint; conciones audiant, & lacte spirituum consolationum, tanquam parvuli nutriantur; peccata sua Sacramentali Confessione eis assignato sæpius confiteantur. Singulis item quibus Albas deferunt diebus, deinde vero Dominicis, alijsque festis præmissa Sacramentali peccatorum confessione judicio Confessarii, Sanctissimæ Eucharistiæ Sacramentum devotè sumant, ut salutari sacri Dominici pabulo confirmati, solidius in fide roborentur.

Per idem quoque tempus, juxta Carthaginensis 4 Concilij monita, à lautioribus epulis, & spectaculis, & conjugibus, abstinere moneantur.

In interim vero eis historiz quædam sacræ de 5. gestis Patriarcharum, Prophetarum, aut aliorum Sanctorum veteris testamenti ac de Actibus Apostolorum, aut moralia quædam ex libris Ecclesiastica, 6. Proverbiorum, Sapientiz, Ecclesiastici, & similibus, quæ ipsorum ædificationi conducunt prælegi vel explicari possunt.

Deinde, ut susceptorum mysteriorum rationem intelligant, & divinam gratiam sibi collatam clarius agnoscant, unde ferventiores effecti assidue DEO gratias agant, Catechista eis 7. ceremoniarum & rituum, qui tam in exorcismo & Catechismo, quam in ipso Baptismo adhibentur significationes & mysticas rationes, & cur baptizandus oleo sancto ungetur, & ter mergatur in aqua, aut ea perfundatur, in 8. nomine personarum S. Trinitatis: cur Chrismate ungetur in vertice, cur etiam ab Episcopo confirmetur Chrismate in 6. S. Ambr. fronte, & Dominici corporis particeps fiat pro lo-

co & tempore, ac pro ipsorum docilitate & ingenio explicet atque interpretetur ex sacrosanctis Pentis. Scripturis, Epistolis præsertim beatorum Apostolorum PETRI & PAULI.

Hæc autem eis jam baptizatis ac fidelibus non ante Baptismum explicanda sunt, Nam 10. quæ ad Sacramentorum rationem pertinent, Catechumenos audire non congruit, sed suscepto Baptismo Neophytos, ut alios Fideles. Tunc enim cum faciliè intelligant suaviusque degustent, tempus admonet ipsis divinæ gratiæ splendore magis illustratis, fidemque perfectius assecutis, de mysterijs dicere, & eorum edere rationem, quam nondum initiatis antea insinuari, nec utile, nec opportunum fuisset.

Tunc itaque Catechista de præceptis, ac reliquiis omnibus Ecclesiæ Sacramentis, eorum numero, & virtute Neophytos edoceat, ex Patribus & Theologis, ex sacris Oecumenicis Concilijs, Florentino & Tridentino, atque ex Catechismo Romano.

CAPVT VIII.

Non sufficere Baptismum, nec fidem in Christo, nisi simul adsit observantia mandatorum, carnis & passionum mortificatio.

**U**T autem, quæ post Baptismum eis servanda sunt, doceantur, faceret diligenter instruat eos de his, quæ agere & servare, quæque cavere debent. Primum admonebit, ut singuli 12. meminerint se Christi fide percepta, præstantissimum nomen cum antiquis Sanctis & Patribus titos fuisse, & idcirco Christiano cognomine, in illa Regio Christi nomine deducuntur, in familiaris lavacri Sacramento accepturi, gloriantur, & hoc usque in finem firmum, intermemorantque servare contendant, gaudentes in se illud in titanicinium esse completum: *Et servos suos vocabit nomen aliud, hoc est, nomine Christiano, quo nunc omnes servi Christi se vocari lætantur. Neque enim nomen aliud sub celo datum est, in quo oporteat nos salvos fieri.* Unde & Propheia subsequenter adjungit: *In quo qui benedictus est super terram benedictus in Deo, Amen.*

Verum ne putent hujus tantum Christiani nominis professionem sibi sat esse ad æternam vitam comparandam; nisi & huic nomini divina præcepta observantes, vitæ pietate & bonorum operum exercitatione respondeant, sicut ipse Dominus contestatur: *Omnis arbor, quæ non facit fructum bonum, excidetur, & in ignem mittetur. Igitur ex fructibus eorum cognoscetis eos. Non omnis, qui dicit mihi Domine, Domine, intrabit in regnum celorum, sed qui facit voluntatem Patris mei, qui in calu est, ipse intrabit in regnum celorum. Multi dicunt mihi in illa die, Domine Domine nonne in nomine tuo prophetavimus, & in nomine tuo demonia ejecimus, & in nomine tuo virtutes multas fecimus? Et tunc confitebor illis, quia nunquam novi vos; discite te à me omnes, qui operamini iniquitatem, & qui sequuntur. Ac iterum: Ego sum visus vera, & Pater meus agricola est: omnem palmitem in me non ferentem fructum, tollet eum, & omnem qui fert fructum purgabit eum, ut fructum plus afferat. Et B. Joannes Apostolus: Et in hoc scimus quoniam cognovimus eum, si mandata ejus observamus. Qui dicit se nesci*

DEUM,